



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

II. De Angelorum simplicitate.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

que similiter odoribus attrahi ex Dei voluntate possit, & quidem, & si vera recreatio in Angelis, & gratulatio in demonibus admittenda esset, simili, atque demonum tortura ab igne difficultas foret, d. vlt. per otium dirimenda.

10. Secundum est occasione quantæ rationis, seu obiectionis Caietani contra omnimodam Angelicam corporeitatem: quia sicut animus rationalis, ad sensationes materiales organizato corpore eget: ita ob solum motum localem posset etiam corpore Angelus egere. Ceterum de Angelis, qui de facto sunt, motibusque eorum ad immensa ferè spacia, quam citissimis corpoream molem & membra impedimento potius fore & obfistere vidimus supra: quare de Angelis, ac demonibus, qui de facto sunt ab omnibus merito reicitur Caietanus, in questione vero de possibilitate Angelis, qui ad motum localem, corpus, & membra corporea exigeret fuisse disputat noster Franciscus Amico, d. 1. atque affirmatiue decidit ad nostrum Antonio Quiros citat. d. 51. sect. 1. num. 54. quia nulla repugnancia apparet in eo, quod Angelus aliquis ex possibilibus ad specialem aliquem motum localem corpore, corporeisque instrumentis ac membris eget: quemadmodum, & animus noster, quem in statu separationis mouere se nullatenus, nonnulli docuerunt, apud Soarium lib. 6. de anima, c. 2. n. 8. vel saltem in eo statu mouere alia corpora iuxta communem Theologorum sententiam nequit. Sed hoc postremum, nil probat, neque enim id ex natura sua, & motus corporis alterius prouenit, per theologum aliquem, sed ob rationes alias 1. nostræ philosophiæ contrariæ penult. examinandas: siquidem à substantia spirituali separatam mota posse extrinsecus aliis corporibus impulsu imprimi, quo localiter moueantur certum est: atque animis coniunctio ad corpora propria ad vitalem solum corporum motum est necessaria: unde, & primum fundamentum euanescit quia, & si reiecta illa à reliquis paucorum opinio de animarum separatarum immobilitate locali à se probabilis esset, non alia ratione talis foret, nisi ex eo, quod tunc corpus, eiusque organa, & membra corporea, ad motum connaturalem, & in statu sibi connaturali coniunctionis cum corpore, exigat virtutem se vitaliter mouendi connaturalem, in statu sibi, non connaturali (quem nequit virtus naturalis, seu connaturalis respicere) quem in statu separationis nequeat habere quare possibilitas Angelice substantiæ, quæ natura sua pars esset, exigens corpus, ut partem, ad totum aliud absolute corporeum componendum, & localem motum vitalem connaturaliter exerceendum, supponenda erat, ut ex ea paritate contenditur probari. Mito rationem datam contra omnem Angelum possibilem corpore constare non posse euidenter demonstrari.

11. Denique in eo eiusdem Quiros sententia, & sensu satis fuisse, & ex instituto explicato d. 77. à sectione 1. & deinceps; tametsi ea sect. 2. nu. 16. sine, ea omnia à se non assendi, sed proponendi gratia dicta velit, quo se remittit legendum, dist. citat. 51. sect. 1. num. 16. sine locum eius ratio non habet, illa ergo, dist. 77. ut passionem, doloremque corporeum ab igne inferni, quo demones torquentur expeditius defendat, ait: materiam qua corpora, cuncta creata cælestia, & sublunaria constant, spiritibus, & corporibus communem de se, quantitatem impenetrabilitatem, & extensionem, hisse opposita, non exigere, sed ad vtriusque, se indifferenter natura sua habere, atque à formis sibi adiunctis ad alterum eorum, determinari, à corpore scilicet, ad quantitatem, &c. habendam, ab spirituali ad illam non habendam; imo vero ad habendam penetrabilitatem. Mito sententiæ huius falsitatem detegendam quæst. 2. & inutilitatem distinct. vltim. monstrandam, solum hic probatio iuxta hunc Quiros sensum manifestam implicationem angelicæ substantiæ possibilem, quæ ratione motus corpori, seu materiæ huic adiungi natura sua debeat, ut membra corporea ad suos locales

motus naturaliter exigeret. Etenim natura illa, ut omnis angelica spiritualis forma, per se, & per omnes foret; Ergo natura sua materiam cui adiungeretur spiritualem inextensam inquantam (ut sic loquar) & penetrabilem, idque natura sua contineret, ac redderet: ergo & in membra ad motum inorganizabilem: quare, ut possibilis sit, natura vlla angelica corporis membra ad motum localem natura sua exigens, debet hæc opinatio ablegari, atque ferè omnia, quibus hic author Angelos de facto incorporeos absolute probat eiusdem sententiæ postliminium requirunt, ut ea expendenti patebit: similique argumento eius opinionis, (si id nominis mereatur, de quo statim) inutilitas apparebit, disputatione vltima.



QVÆSTIO II.

De Angelorum simplicitate.

Angelorum compositio, atque ei aduersa simplicitas, multiplex potest excogitari, ac sub inde ad examen scholasticorum venire. Prima, quæ essentia, & existentia naturæ Angelicæ, dicitur. Secunda, quæ ex natura, & suppositualitate, seu personalitate. Tertia, quæ ex forma, & subiecto materiali, vel spirituali, substantialibus, quibus natura nostra ex anima, & materia seu corpore substantialiter, & essentialiter constituitur. Potest autem tertia hæc compositio, & de facto, in Angelis, qui de facto, sunt, ac demum, de possibili respectu, non solum, Angelorum, qui de facto sunt, sed reliquorum possibilium, etiam quæ conditi à Deo non sunt, nec erunt, sed intra putam possibilitatem recludentur; quæ omnia scorsim, ut res tota clare percipiatur examinanda erunt.

CERTAMEN I.

De duplici prima compositione, vel simplicitate Angelorum statuitur, ac de tertia re censentur opiniones tam de facto quam de possibili.

1. Primam compositionem ex essentia, & existentia tam Angelis, quam earum naturis, veram, & realem concedunt, ac proinde, in ea lignea, & ordine eis negant realem, & veram simplicitatem Thomistæ omnes Dominicani Recentiores, qui rerum essentiam ab existentia (tanquam ex S. Th. sententia) realiter distinguunt, & sanè S. Thomas in Angelis, ut in creatis cæteris, ex essentia, & esse, seu existentia compositionem, non semel admittit, atque oppositam negat simplicitatem, 1. p. qu. 50. art. 2. ad 3. qu. 75. a. 5. ad vlt. primo loco ex Boetio, ac sepe alias; eam vero realem, & tanquam realiter diuersorum coniunctionem verum esse non potest, ut vidimus in metaphysicis, ubi existentiam rerum ab essentia replea, nec differt, nec posse eum tota nostra schola, verè Thomistica, lesuana satis ostendimus. Aduertimus autem ibidem existentiam, ab essentia, ne formaliter quidem, ut rei formalitates, & prædicata metaphysice diuersa (quemadmodum animal rationale in homine) differre contra nostrates nonnullos: eo siquidem admisso realis distinctio essentia ab existentia legitime contra eosdem inferitur, atque ad rem præsentem,

realis eorum, in Angelo, (vt vniuersim in quauis creatura existente) compositio qua realis, in eo ordine simplicitatis Angeli excludatur. Solum ergo rerum essentia ab eorum existentia diuersitas, quoad statum eiusdem, non solum rei, sed & formalitatis obiectivæ & subiecti, de quo prædicatur admitterenda est: essentia quippe cuiusvis rei quatenus ab actuali, & absoluta existentia præcindit; nil aliud procul dubio est, quam coniunctio prædicatorum essentialium eius, seu possibilitas, quæ ad rei statum spectat, non ad prædicata ipsa diuersa, quibus res illa constat essentialiter, & sibi inuicem non repugnant, & ratione cuius diuersitatis, quoad statum, essentia, & possibilitas rerum rebus, & prædicatis eius essentialibus absolute rebus, & cum rebus ipsis, dum hæc absolute non existunt amoris de rebus eiusdem essentia, & possibilitas eorum verè, & necessaria, ac non contingenti veritate, prædicantur, tunc etiam, cum existentia de rebus iisdem prædicari non potest: vt fufius citato loco ex illustro docuimus, explicuimusque, & t. 1. de Deo vno controu. 2. de scientia Dei non semel attigimus, atque inde Thomistarum Dominicanorum vnicum fundamentum discimus.

2. Circa secundam compositionem, ex natura, & subsistentia eam Angelis communiter concedunt merito Theologi, tam qui in modo superaddito subsistentiam, & personalitatem constituent, quam qui eam in negatione vniouis, seu independentia in sui existentia ab vnione ad aliud (vt nos t. de Trinit. & incarnat. d. proæm. qu. 2.) possunt. Et enim, quouis modo subsistentia, & personalitas asseratur naturæ substantiali ab ea realiter posse deficere, si à Deo hypostatice assumantur (vt assumpta Christi humanitas fuit) certum omnino est: quod, nisi subsistentia, & personalitas à natura substantiali assumptibili realiter differat fieri minime potest; quocirca male pro sententia aduersa referuntur scotistæ, & quicumque aliquid substantiale positum addere suppositum supra naturam negant: ex modalibus tamen negatiue adherent. Petauus, tom. 2. Theologicæ dogmat. Martinon. de Angelis, disputat. 36. num. 28. quia alias Angelus, qui pro supposito stat, non pro natura, simplex absolute, non esset contra Dionysium, & Theologos; sed falsum est fundamentum: præcise enim sumptus. Angelus naturam solum significat, secus Michael, & aliud quodvis indiuiduale Angeli nomen, vt vidimus saepe & controu. 8. de incarnat. disputat. vii. qu. 1. & in Michael pro sua indiuidua natura sumpto vim consequentia non habet, quovisque existentia sue independentia ab vnione ad aliud accedat, & significetur. Ouiedo noster controu. 6. Metaph. pu. 2. §. 3. huic adeo apud scholasticos Doctores constanti sententia negandæ viam aperuit. Asserit quippe: dari posse substantiam spirituales, à sua personalitate realiter indistinctam, vt vidimus citata d. proæm. quæst. 2. cert. 5. num. 8. med. cum tamen distinctionem realem humanitatis Christi ex materia, & forma compositæ à sua personalitate non inferre naturæ Angelicæ simplicis, & incompositæ à personalitate sua realem distinctionem dicat; vnde infero: ergo distinctionis naturæ substantialis à sua personalitate ratio tota ex illius compositione reali ex materia & forma per te defumitur, atque eius naturæ à sua personalitate indistinctio ex eius simplicitate, & incompositione, ex forma, & materiâ per te: atqui, per te etiam, & scholasticos Doctores, Angeli, qui de facto sunt, materia, & forma non constant: ac proinde, eis, æque, ac cuius spirituali substantiæ possibili, compositio eiusmodi repugnat, necessariaque est eius, generis incompositio, & simplicitas: ergo & à sua personalitate realis distinctio repugnabit aderitque Angelis, qui de facto sunt, necessario cum sua personalitate realis identitas contra tuam, & commu-

nem Doctorum conclusionem, hoc numero adfertam.

3. Circa tertiam Angelorum simplicitatem, seu incompositionem ex materia, & forma ex parte subiecti (nempe Angelorum) diuisio oportet, in Angelos, qui de facto sunt, & in Angelos reliquos pure possibiles: tum etiam ex parte materiæ, quam incompositio, & simplicitas, asserenda vel neganda de ipsis concernit. Rursusque Materia hæc dividenda est, in materiam triplicem: vel de se corpoream, & quantitativam, siue quantitatis, extensionis, & impenetrabilis cum alia exactissima (qualis omnium corporum materia esse communiter estimatur) vel indifferentem de se ad quantitatem, hæc vel habendam, vel non habendam (cuiusmodi recentioribus nonnullis materia omnium corporum censetur,) & quæ ab extinfecto, scilicet forma corporea, & quantitatis, exactiua determinatur, quæ tamen ipsa ad quantitatem extensionem, & impenetrabilitatem non habendam à forma spirituali, ipsi adiuncta determinatur: vel tandem in materiam pure & positue spirituales, quæ natura sua quantitatem, localemque extensionem, & impenetrabilitatem, cum alio respuerit, & eodem, si de Angelis, qui de facto sunt, & materia de se corporea, & quantitativa loquimur, contra apud omnes scholasticos est, neque cuiusmodi materia constare, neque illam ad tertij alterius compositionem, vt compartem concernere, vt habemus vidimus, vnde fit: neque eodem, aliove illos possibiles specie aliqua cum productis conuenientes, ea materia constare, illamve in materiam alterius compartem exigere naturam suam posse. Constant hæc illatione manifeste de intrinseca essentiali constitutione Angelorum, qui de facto sunt: quia de facto, sine intrinseca constitutione essentiali nihil potest absolute existere, absque aperta contradictione: atqui Angeli, qui de facto existunt, sunt sine intrinseca essentiali constitutione ex materia ex se quantitativa, & corporea: Ergo Angeli, qui de facto sunt, intrinsecam essentiali constitutionem, ex materia corporea, & quantitativa habere non possunt: sed neque illam possunt, vt compartem tertij alterius componendi concernere: Alioquin Angeli omnes contra naturalem suam exigentiam compartem illam priuati creati à Deo fuissent, & constarent: quod etiam repugnat. Denique nullum Angelum possibilem in aliqua ex speciebus productum, & de facto absolute existentium concernere corporea, & quantitativa de se materia constitui essentialiter, illamve ad tertij alterius constitutionem posse concernere æqua euidencia demonstratur, quia alias alterius speciei ab omnibus, intra quæ producti, & de facto existentes Angeli continentur, possibiles illos Angelos esse conueniret: Quod supposito conclusionis (quæ de possibilitatibus intra speciem aliquam ex productis procedit) manifeste contradicit. Hæc citra controuersiam præmittenda indicaui: cum, vt, quæ disputati ab scholasticis possunt, clare proponam: tum, ne in his etiam decidendis turpiter delinqueret aberrat confusæ procedatur.

4. Ergo de materia de se, nec corporea, nec quantitativa, sed vel indifferentem, & quæ ex sua maiore corporea, vel spirituali adiunctione spiritualis, vel potius corporea reddatur, vel de materia spirituali agamus & de Angelis, qui de facto sunt, iisque ad eorum speciem aliquam pertinentibus, an materia alterutro, ex dictis continentibus, incorporea constitui possent illamve concernere vt compartem? prima est difficultas. Secundo vero de Angelis specierum aliarum, ex quibus da vero de Angelis specierum aliarum, ex quibus nullus productus de facto est, cunctis eorum ipsi indiuiduis, ac subinde speciebus totius intra puram possibilitatem reclusis: & de his quæ triplicem difficultatem scorsim examinanda clarescit gratia venit pro triplici materiæ diuersitate Prima an præfati Angeli possibili materia de se

se corporea, & quantitatiua constare essentialiter possit? an saltem, illam, ut comparatam tertiæ alterius naturæ exigere sua? Secunda de eisdem Angelis, an materia indifferenti possent constitui, illamve, ut comparatam substantialem alterius tertiæ naturæ sua concenere? Ac de istis Angelis & materia de se incorporea, & spirituali. Porro, in quavis ex his difficultatibus propositis tam circa Angelos, qui de facto sunt, eorumque similibus, quam de Angelis pure possibilibus duplex difficultas continetur, ut ex cuiusque propositione patet. Prima de intrinseca, & essentiali constitutione Angelorum ex materia aliqua ex dictis. Secunda de naturali concernentia materiæ ab Angelis præfatis, quæ valde diuersæ difficultates sunt; atque ex diuersis valde principiis dicendæ. Prima quidem directe, & ad questionem de Angelorum simplicitate, & incompositione reali ex materia, & forma propositam spectat; secunda indirecte solum, & eius occasione disputatur. Vtramque vero seorsim proposui, & examinabo, ne aliorum mentibus caliginem, & capitibus grauedinem afferrem quam ex libris, quibus hæc omnia inuolueri, ac sine singulorum distinctione tractantur, sum passus. Eo igitur ordine quo difficultates propositæ sunt, vniuersumque examen seorsim aggrediamur.

5. In prima igitur difficultate circa Angelos, qui de facto sunt, & similes ex possibilibus reliquos prima sententia asserit, eos ex materia ex se incorporea, & indifferentem ad corporeitatem & spiritualitatem, & communi cum corporibus productis, siue celestibus, siue sublunariis, essentialiter constare: ut, iuxta huius, materiæ explicationem datam à forma productorum corporum corporeetur, (ut sic dicam) atque ad quantitatem, extensionem, & impenetrabilitatem localem determinetur: à forma vero spirituali intellectiva Angelica spiritualizetur, atque ad impenetrabilitatem determinetur; & incorporeitatem; unde Angelus vtraque parte sui spiritualis profus, & incorporeus iuxta dogma Catholicum euadat. Pro hac sententia stetit Avicenna libro fontis, contra quem S. Thomas, citat. quæst. 50. artic. 2. & si enim Bubalus noster articuli explicatione, & quæstio 1. dist. 1. censet Avicennam de materia de se quantitatiua (qualem corporum materiam omnem esse Bubalus, & sanctæ Thomæ supponunt) locum, & eo tantum sensu à sancto Thoma, impugnatum; sed tamen ex corpore articuli, ubi Avicennæ sententia refertur, constat oppositum; quamvis male; & ex falso principio inferat ex convenientia generica corporaliū cum spiritualibus substantiis materiam physice compositionis illis debere esse communem. Hanc sententiam ita confirmare ex instituto, admittit noster Quirous auctoritate, & ratione, disputatio. 77. secti. 2. ut, licet se eam non asserere demum profiteatur, sentire se tamen illam, nec dissimulare possit, nec velit; imo vero laudem ex tam singulari cogitatione speret. Probat ex Patribus pluribus, quos vel pro Angelorum corporeitate relatos supra explicimus, vel pro eorum compositione, ex materia determinate spirituali à Recentioribus Scholasticis (præsertim Bubalo nostro, quæstio 1. difficult. 2. §. 1. versu ex qua doctrina, ac deinceps, & quæstio 2. §. 1.) inductos inferius explicabimus, confirmat etiam scholasticorum auctoritate ab eodem Bubalo ad illud, aliud suum institutum adductorum; & si (me iudice) pro neutro steterint ut de fere omnibus daret, citatur quippe Avicenna, 4. Metaphysica, cap. 2. scribens, *omne quod habet esse post non esse habere materiam*. Augustinus illis Exod. 12. confess. sub med. *Omne mutabile insinuare notitia nostra quandam informitatem, quæ formam capit*. Sed planè loquitur de materia logica, seu metaphysica: scilicet possibilitate præ-

cisua, siue, ut ab actualitate essendi præcendente, quæ à conceptu essentiali suo Deo competit soli: qui proinde esse potest non esse sui habere non potest, quare neque ex potentia, seu materia, & actu logici constare, id solum ipsum contendit Alex. Alenf. 2. part. quæst. 20. numero 2. §. 1. ubi contra philosophos aliquot asserentes Angelos æque esse formas, siue materiæ, actusque puros, & simplices ac ipse Deus, ait, *materia, & forma constare nempe, ex eo quod est, & ex eo quo est*. Id est essentia, & existentia, ut S. Thom. num. 2. & scholastici loquuntur: id quod solum contra quosdam Philosophos contendit Richardus, in 2. disputatio. 3. artic. 1. quæstio 2. ait quippe: *se materiæ nomini non intelligere materiam talem corporum, sed omnem naturam possibilem, ex qua & alia natura magis actuali constituitur unum per essentiam*.

6. S. Bonavent. eadem d. part. 1. articulo 1. qu. 2. & alij pro hac sententia referuntur; qui tamen vti, & Alexander, materiam simpliciter Angelis negant expresse, eamque solum concedunt, quæ sit ratio mutabilitatis, non solum ad non esse, sed etiam secundum diuersas proprietates, & sit materia ad esse. Id est existentiam; quod ipsum est potentia logica, siue rei cuiusque possibilitas, & quæst. 2. ait: materiam, quam Angelis concedit, non habere idem esse quod materia corporum; habere tamen eandem essentiam id est; possibilitatem, seu potentiam logicam indifferentem ad esse, quo actu sit, vti materia, ad actum formæ, qua actuetur. Nam sensu huius existentie, eo ipso, quod eandem haberet essentiam cum materia corporum, non posset, non idem esse siue existentiam habere, ut patet; alioqui eadem essentia existeret, ac non existeret simul posset, quod ne bardus rusticus admitteret concordat Bonaventura, Augustino 12. confessionum citatur etiam pro hac sententia, Areolus, in 2. disp. 3. quæst. 1. artic. 3. §. Nunc secundo pono, qui caretis clarius compositionem ex Materia & forma in Angelis videtur admittere; at eandem cum materia corporum esse non admittit, sed negat: ac proinde exemplo compositionis ignis ex materia & forma suam hanc sententiam explicans ait: *sic in istis substantiis intellectualibus, & in anima (nostra) sunt vera substantia dua, quarum una est mere potentialis, & alia est mere actus*, nequit autem circa temeritatem, de graui, & si quis alius, acutius sumo Theologo, Aureolo iudicari, quod animum rationalem nostrum ex materia nostrate, cum quatorum aliud (nempe hominem) substantialiter constituit, substantialiter intrinsece etiam contradictricè constitui censet; sed, ut summum materiam spirituali determinata, tam animum nostrum, quam Angelum constare. Hoc solum probabile supponit, dum oppositum probabilius asserit, Bubalus noster citato articulo 2. quæstio cit. 2. diffi. vltim. §. primo qui ibidem de materia solum spirituali agit, nullibi vero de indifferente, ego verò pure potentialis substantia possibilitatem intelligi ab Aureolo iudico. Tum; quia in anima nostra potentiam materialem, seu materiam, spirituales adhuc, qua intrinsece constituitur; nemo somniavit; tum, quia materia omnis actu aliquid constituens entitatum actum existentie suæ in cententia Aureoli dicere: quare mere potentialis ab eo censeri dicere non potest. Pro hac etiam sententia citantur à Quirous citat. disp. 77. sect. 2. numero 13. Tarantasia, & Plotinus 4. Ennead. 2. cap. 5. dicens, *Profundum cuiusque rei esse materiam etiam in mundo intelligibili*; sed hoc materiam spirituales, ut summum in Angelis euincit, nec eos intrinsece substantialiter constituentem, sed solum accidentium spiritualium receptiuam, citat etiam Boetium, lib. de vnit. dicentem, *Angelum esse unum coniunctione materiæ, & formæ*, quem tamen sanctæ Thomas, relatus, numero primo, de possibilitate, seu potentia logica

ostendimus supra q. 1. ergo nullum est fundamentum à ratione compositionis substantialis Angelorum, qui sunt ex forma & eiusmodi materia; quare nec pure possibile est speciei eiusdem cum aliquo ex productis. Hæc sane ratio æqua vi compositionem substantialem eorumdem ex materia positive & determinate de se se spirituali imo & substantialem integram reffellit, ut dixi, & consideranti facile apparebit.

2 Sed contra hanc constitutionem intrinsecam, & essentialem Angelorum (qui de facto incorporei, prorsus & spirituales sunt ex Patribus, & fide, ut vidimus) ex materia eadem, ex qua corpora omnia componuntur arguo speciatim. Primo quia incorporeum idem atque immateriale & materiale idem omnino, atque corporeum apud Patres, concilia, & theologos hæcenus fuit: quod de materia ipsis nota, scilicet nostrate hæc & corioribus communi intellexerunt. Ergo Patrum, conciliorum, & Theologorum sententia, & intelligentia idem prorsus corporeum quod materia nostrate constant, & incorporeum, seu spirituale, quod materia eadē carens & nullam compositionem ex illa; quare Angel. compositione ex illa est contra eorū absolutam incorporeitatem, seu immaterialitatem atque spiritualitatem à Patribus concilijs, & Theologis dogmaticè statuta; quæ ratio ne præcludunt easiones nostræ Quirous. d. 77. sect. 3. tota, quod scilicet materia cuius carentia incorporeum, cō immateriali ad conuenientiam dicitur, & cuius constitutione materiale cum corporeo apud Patres, concilia, Theologos, & Philosophos conueniunt, materia quanta, seu determinata, iam à forma, ad quantitatem non autem materia nostra secundū se; etenim, si determinationem ad quantitatem materiæ secundum se competere non censerent, perperam corpora, seu corporea absolute dicent materialia omnia, seu materia hæc nostra constantia; siquidem inde nec eorum determinationem ad quantitatem, quam ex materia per te non habent, significarent, quam corporis, seu corporei compositioni absolute talis, & materialis synonymis uocibus significare contendunt. Ergo Patres, concilia, Theologi & Philosophi omnes materiam nostram, qua corpora omnia constant corpoream de se & natura sua quantam, ac determinatam ad quantitatem esse docent ac sentiunt ac subinde Angeli, qui ea parte constant corporei ac materiales, non autē spirituales absolute contra Patres Theologos, sextam synodum, & concilium Lateranense erunt.

3 Nec S. Bonaventura in 2. d. 3. p. 1. q. 2. quod obijciatur quidquam fauet aduersarij solutioni: sumit enim materiam vel pro genere rerum specialium (quod materia metaphysica, & imitativa est) vel pro rerum possibilitate, ut ab existentia & esse actuali earum prescindit; alioquin non esset alia in spiritualibus, & alia in corporalibus, ut concludit, sed ipsa eadem in utrisque, ac rursum eadem materia exire posset esse formæ corporalis, & indire esse formæ spiritualis, & e contra, cum de se indifferens ad utramque sit, ex Dei naturali, ac non supernaturali libito & providentia alterutra forma ipsi possit adiangi. Quod tamen negat Bonaventura ibid. id quod amplius confirmatur in huius recentioris sententia assentis igne inferni demones calefieri; torretij, atque igniri ratione materiæ huius ex qua calor intensissimus vi subiecto, connaturali quidem educatur & in quo recipitur. Peter enim intensus ille calor ut naturalis dispositio ad formam ignis illius; quare vel materia qua demon constat, formam Angeli naturaliter amittit contra S. Bonaventuram vel sub duplici forma substantiali, & adæquata, contra totam Philosophiam, simul, nec semel, sed tota à parte post æternitate erit. Nec refert calefactionem, & ignitionem illam esse de virtute obedientialis non naturalis ignis illius ut enim mittam virtutem actiue obedientialem rerum (ubi inchoata, & partialis virtus principij naturalis essentialiter requiritur, insufficientis tamen ad effectum supernaturalem, non adeo) semper mihi commentitiam fuisse: in re vero presente multo asseritur liberis: etenim in igne inferni adæquata virtus ad calefactionem, & torram dæmonum est atque in materia, qua Angeli constant naturalis adæquata virtus receptiva, &eductiva, eius effectus in ipsa & ex ipsa, debitaque approximatio, imo penetratio agentis cum passio vnde ergo eius actionis, & receptionis ab igne inferni supernaturalitas, ad quam su-

Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tomus II.

pernaturali & obedientiali virtute sit opus? dices: quia materiæ illi secundū se, ac præcise, qua formæ Angelicæ subest atque ex parte actus primi ipsi & vñioni præcedit, quantitas deficit, ac extensio: contra tamen, quia eidem ut formæ corporeæ præcedit quantitas, & extensio deficiunt cum per te non solum ipsæ, sed ad ipsas determinationem, à forma corporeæ afferantur: & tamen naturaliter prorsus nullo virtutis supernaturalis, aut obedientialis interuentu ex ea materia educuntur, & in ipsam inducuntur formæ corporeæ: ergo & in materiam demum abque virtute supernaturali, & obedientiali vñio, & calefactio corporea, ex eadē materia educitur & in eand. inducitur, & si determinationem huius ad quantitatem & ex parte actus primi non supponat, sed afferat, ut reliquæ formæ substantiales, & accidentales ad illas.

4 Arguo secundo determinatio physica ad quantitatem, partium extensionem, & localem impenetrabilitatem competit materiæ corporum, & nostrati de se se ac suapte natura, non autem à forma; ergo non est de se se indifferens ad illas, vel exclusionem quantitatis, & corporeitatis ac subinde, nec ad corpus, seu substantiam corpoream, vel spiritum, seu spiritalem substantiam Angelorum existentium absolute tales constituendas. Probatur antecedens; quia quiddid, aliquid naturaliter, comitatur & indefectibiliter, subsequitur vñvis & sub qualibet forma & circumstantijs variatis, illud aliquid ipsius naturam de se se determinatam, uti eius physica, & naturalis passio consequitur; atqui quantitas, extensio, & impenetrabilitas partium materiæ nostratis ipsam comitatur naturaliter, & indefectibiliter subsequitur, vñvis, & sub qualibet forma, & circumstantijs variatis: ergo quantitas &c. nostræ materiæ determinatione de se se ad ipsas uti eius physica, & connaturales passionem consequuntur. Maior est fixum axioma ad passionem rerum physicas, & connaturales certo, & infallibiliter indagandas, & inferendas. Minor experientia ipsa evidens est: consequentia legitima. Dices maiorem esse certam in formæ, quæ variantur omnes tales sint quæ de se ad quantitatem v.g. possint determinare, sed quidvis aliud, quod comitari illud aliquid, seu materiam, ad id quod semper ipsam comitari experimur est, cum formæ omnes, quas in materia nostra variari experimur, corporeæ sint, ac subinde ad quantitatem &c. de se se determinatæ ac determinantes, argumentum non tenere, ceterum solutio hæc axioma, & principium illud pro maiore positum euacuat: cum eadem facilitate non ex fixo & determinato, quod semper cum alio naturaliter & indefectibiliter coniungitur hoc aliud ipsi conuenire & obuenire, sed ex alijs extrinsecis quæ quisque velit aduenire possit quisque comminisci: ac proinde principium totum & vñicum indagandi ac deprehendendi naturales & physicas rerū passionem tua hac solutione evertitur: imo naturales rerum passionem omnes eliminantur cum enim ea quibus naturaliter accidentia illa inducuntur (v.g. quantitas & extensio) non vñum aliquid sed plura sint (v.g. formæ plures quæ in materia nostra variantur) nullius passio naturalis, & physica illæ erunt, nulliusque compositi corporei ex illis formis cum sint plurius, & omnium physica accidentia: esto passionem metaphysicæ generis gradus substantiæ corporeæ sint, quia in omnibus eius speciebus inueniuntur. Præterea: quæ determinationem, à formis corporeis naturalem & primariam ad quantitatem provenire jam reffellit, hæc etiam solutionem rejiciunt.

5 Id igitur probat tertio hoc argumeto ut determinatio hæc à forma sit, debet forma corporea esse: atqui solum forma corporea est & demonstratur quod à materia nostra educatur atque in ea recipitur: ergo inde forma corporea trahit corporeitatem: ergo pro priori ad formæ corporeæ educationem ratio corporeitatis in materia nostra est, quam proinde ratione educationis ex ipsa formæ omnes corporeæ sapiunt, & trahunt. Minor (præterquam à philosophiæ ortu Philosophorum omnium est & Theologorum etiam, qui inde rationalis nostri animi absolutam incorporeitatem, & spiritualitatem intrinsecam probant; quia ex materia nostra, cui, vñitur non educitur), vel inde satis contra aduersarios euincitur, quia nil aliud assignare poterunt, vnde formæ illæ corporeæ sint: ac verosimiliter probentur: consequentia vero reliquæ legitimæ sunt. Pergo inde, atqui ratio corporei est determinatio ad quantitatem: ergo

f hæc

2. Secunda conclusio. Nullus Angelus cuiusvis speciei ex pure possibilibus, ex materia nostre corporeæ constitui substantialiter potest, ita Durand. in 2. d. 3. quæst. 1. & videtur sententia S. Thom. qui sæpe ex Angelis intellectione, seu intellectibilitate cum incorporeum esse probat. Est item Buhali nostri ad quæst. 50. 1. p. 2. q. 2. § 1. Probationibus aliis hanc nostram præmitto proxime pro prima conclusione productæ affirmem: etenim Angelus, cuiuscumque speciei sit, debet sub genere supremo substantiæ spiritualis intellectualis totalis, constitui, ut vidimus: atqui substantia illa intellectualis potentia vitali intellectuali actiua, ut forma, & materia corporea substantialiter essentialiter constituta substantia totalis esset non autem absolute spiritualis, sed corporea: ut homo anima spirituali & materia corporea constans: ergo non esset sub genere supremo Angelorum, sed hominum, ac proinde non esset Angelus, sed homo nobis (quo volueris gradu) perfectior: quare, & Angelus, ut asseris & non Angelus, ut hoc argumento demonstratur, manifesta contradictione foret. Hinc constat Angelum nullum esse posse viuentem, ultra intellectualem, sensitiuum etiam, alioqui materia corporea, & organizata egeret, ac proinde sub genere hominis, & viuentis corporei, non autem spiritualis collocaretur. Hinc scriptura Angelos intelligentes solum substantias esse nos docuit: unde Philosophi & Theologi ex ipsis genios, & intelligentias Angelos omnes vocant: quia eorum vitalis operatio sola intellectio est; animas vero nostras, & si spirituales, & intellectiois principia sunt, quia tamen sunt etiam sensationum corporearum principia, intelligentiarum nomine eas absolute non donarunt. Atque hinc lucem, & firmitatem accipit aliorum probatio, quam aliqui censent à demonstratione deficere, nos autem demonstrationem iudicamus, qu. 1. cert. 5. & nunc etiam iudicamus, & enim nulla viuentis, & pure intelligens, seu intellectiua substantia: vel pura intelligens, constare corporea materia absolute potest: siquidem principium vitale ipsius, eo solum materiam corpoream, cum qua constituat viuentem requirit, quia eius partibus, & membris ad vitalem aliquam suam operationem, seu vitæ exercitium, ut instrumentis egeat, id quod se & experientia in omnibus constanti & indefectibili patet, & ratione naturali certissimum est: quidquid enim essentia sua actiuum est propter operationem suam, ut finem est: ac proinde ex fine operationis suæ, quidquid ei essentialiter, & necessario conueniat, ut ex primo principio demonstrandum est, ut de prædictis diximus in logicis, & metaphysicis. Unde Arist. 2. Physicor. text. 9. i. materiam in composito propter formam esse docuit, & hanc propter operationes suas, quemadmodum in artefactis omnibus instrumentis, materia apta formæ & operationi conueniens fore demonstratur, atque Serræ exemplo, quæ ferro, & dentibus ad scissionem necessariis constare debet: quia scissio eius finis est: quare in practicis, & actiuis, quibusque finem operationis principium æque, ac rei definitionem, in speculatiuis, esse his docuit, & finis cuius gratia, & qui principium est definitione. Hinc 1. de partib. animal. c. 3. ad rem nostram, pressius ait. Cum autem omne instrumentum rei alicuius gratia sit, & partes corporis, gratia alicuius esse videamus: id autem ipsum esse alicuius gratia non, nisi pro aliqua actione sit: patet iam totum etiam corpus constare alicuius gratia actionis plenioris. Exemploque Serræ ibi etiam memorato concludit, quapropter corpus totum anima gratia conditum est, & membra efficiuntur gratia constant, & munera ad quæ singula accommodantur. Principium hoc sæpe alias statuit Arist. & S. Th. 1. p. q. 91. a. 3.

3. Eo vero statuto demonstratur conclusio. Nullum principium actiuum vitale potest natura sua corpoream materiam requirere, nec viuentem ullum ex illo, & materia corporea constare, nisi ea, cuiusque organum, ut instrumentis ad vitalem eliciendam operationem simpliciter egeat, vel saltem ad melius exercendam iuuetur: atqui principium vitale, & viuentis pure intellectiuum (quale substantia Angelica est) nequit materia corporeæ, cuiusque organum ad vitam suam vitalem operationem simpliciter egere, neque ad eam melius exercendam eis iuari: ergo substantia pure intellectiua

(qualis Angelus omnis est, ut vidimus) nec materia corporea, nec forma, quæ principium vitale sit & materia egeat constitui substantialiter potest. Minor, quoad non indigentiam probatur: quia potentia, & viuentis pure, ac solum intellectiui vitalis omnis operatio est intellectio, atqui intellectio, qua talis, nec corpore, nec organo corporeis eget, ut eliciatur: ergo nec potentia vitalis pure intellectiua viuentis pure intellectualem eget materia corporea, cuiusve organum ad illam vitamve operationem vitalem exercendam. Dicet intellectio nostra pro hoc statu, tamen intellectio sit corpore cuiusque organum eget, ut eliciatur. Ceterum, id ratione intellectiois intellectio non habet; & qua intellectio est, sed ratione intellectiois pro hoc statu immersionis, in corpus, & qua sentiendi principium est, & nisi corpore, cuiusque organum adiuta sensationes, cum externas, tum internas, seu phantasmata eliceret ipsa, & homo ipsa, & corpore essentialiter constans, minime potest: immo, neque intellectioem potest eliceret, nisi phantasmatis pro hoc statu iuuetur, serueturque ordo præsentionis omnium, quæ deuenire ad intellectum possunt: quæ omnia pure, & solum intellectiua substantiæ repugnant, quæ nec sentire corpore potest, neque sensatione vlla; organisue corporeis ad intellectioem egere; alioqui, non pure intellectiua substantia esset, quod autem eiusmodi substantia pure intellectiua, nequeat corpore, cuiusque organum ad intellectioem iuari, imo vero debere impediri diximus qu. 1. cert. 5. estque manifestum.

4. Eo enim solum iuare ad intellectioem organa corporea possent, ut species rerum præsentiarum ad intellectum transmitterentur, vel phantasmatis ille ad intellectioem iuaretur. Id autem intellectiois tarditati, obscuritati, & imperfectio, solummodo inserviret, ut in nobis experimur, quod non iuare quidem, sed impedire illam potius est; implicat autem principium aliquod operationis, eius exercendæ impedimentum natura sua exigere; & si illud aliunde pati possit. Ex quibus euidenter constat repugnare substantiam pure intellectiuam, quæ corpus, ut comparem suæ operationis eliciendæ, vel sui constitutiui natura sua requirit: cum autem ad constituendum aliquid, ut partem formalem, seu principium, quo actiuum cum alio, ut comparte materiali, seu principio, quod operationis, oporteat formalem partem, naturam, & essentia sua exigere comparte materialem implicat potentiam, siue principium substantiale formale pure intellectiuum, cum materia corporea viuentis aliquod pure intellectiuum, adhuc diuinitus componere: cum ex his, quæ partes natura sua non sunt, nec se, & tractus & potentia inuicem habent vnum aliquid, substantia, licet, & essentialiter, diuinitus adhuc fieri nequeat, quia est in terminis ipsis contradictio. Inde etiam aliorum casus præcluditur, quod: & si ad operationem intellectiois exercendam principium illius vitale actiuum substantiæ eius pure, intellectiua materia corporea opus non habeat, nec illam exigit natura sua; alit ad essendum in se connaturaliter illam posse exigere: etenim ut vidimus, ea solum ad statum connaturalem essendi principium actiuum de se, & natura sua requirit, quo eget ad suam operationem exercendam: de eis quippe verum, & expressum in terminis ab Arist. vulgare illud axioma est, esse est propter operari, ita enim ait 1. de celo text. 17. unumquodque, quorum est opus, est gratia operis, quod ut axioma tradit etiam S. Thom. 1. p. q. 65. a. 2. q. 105. a. 5. Nec animi rationalis connaturalis status, cum corpore esset, si solius intellectiois non autem materialium sensationum principium foret.

5. Tamen quæstiones de absoluta rerum repugnantia, vel possibilitate, ubi nihil ex ijs, quæ nouimus pro alterutra parte videtur reperiri, difficilis ingreditur, quia diuindandum potius, in eis definiendis, quam discurrendum sit, atque de compositione substantiali Angeli alicuius possibilis, ex materia spirituali, vel opposita simplicitate, eo etiam genere Angelis omnibus necessaria (quod solum examinandum restat) quæstio ex illis esse videatur; re tamen vera ex naturalibus, nobisque notis principiis definiti absolute potest. Dico igitur

quirit; ergo Angeli substantiale principium intellectus
vitalis, longe in genere vitalis, & intelligens
anima nostra perfectius, identice etiam physice prin-
cipium receptivum suæ intelligentiæ esse, quia
tota hæc materia spiritali physice diversa egerat,
tunc ad intelligentiæ receptionem receptura
est legitima. Sed inquires. Animus Beatorum corpi-
bus; administrandas species sensatas pro rerum in-
sensatione neque, v. hanc recipitur; opus est neque ali-
mento; & tamen cum ea, v. potentia illius, v. aditus,
homines Beatos æternè componere; in quibus veritas,
majestas, & argumenti robur, in quibus veritas,
sensationibus perfectissimis Beatorum recipiendis, nec
etiam pro eo statu corpori inferri, & fi ministranda
speciebz sensatis non inferatur, quia Beatorum flatus,
& felicitati propriæ rerum ab ipsis cognoscendis
Species debentur.

¶ Imo, & essentiali Beatitudine animorum incorporea organa, & membra quafi illius accidentia non fluunt, cum species, tum sensationes, perfectiores, inquit, S. Thom. 1. 2. q. 3. a. 3. h. v. verbis. *Et ipsa Beatitudine animae fies, quodam refusiva in corpore, non sensus corporeus, ut in suis operationibus participari, addique in perfecta beatitudine perficiatur homo; sed in inferiori parte perficitur, in superiorum. Ut inter sensus, & intellectus cognitivum dicitur, aqua aduerso modo in patria, atque in via procedat. hac enim ad perfectionem inferiori partem procedit ad perfectionem superiorum.* Quibus aliter, scilicet, ut censuit in 4. d. 44. q. 2. a. 1. quæstione. & 4. vi. sensus Beatorum, non ex refusiva, hic Beatitudinis animi, sed ex obiectis ipsi species recipere debeat, sed quidquid de hoc sit (quod aliter patet loci est) saltem materialibus Beatorum, sensationibus, quæ citius anima recipiendis, corpore, in eam fluunt, quæ, atque eius coniunctione, ut consors bene, multæ gestorum, in hac via vicem, vel proximi, vel patris debita recipiat: quod fatis rationis est, ut nullum animæ operationi vlatenus infensum concidat, vtriusque perseueraret, quin inde ad substantiæ principium pure intelligendum, quod in nullo huius spirituali materia vlatenus ad suam operationem extrinsecam eget, iuuatur, ut illam, cuiusque commensurata natura flu requirit, atque ut adhuc substantiæ ad ipsam comparari queat, (ut opus est, ad comprehendendam cum ipsa substantiam Angelicam totam) tunc illatio, quæ præclara manet casu alio de necessitate, eius materiz, ut principium substantiæ pure intellectus, vult angelicum in se conaturaliter fit, & cristæ, ut in simili similem causationem recitamus, non a. cent aliud argumentum, quod Angelici illi natura flu compatibles forent, si materia spirituali, & forma spirituali constarent: cum id non per contrarias quæsitio, nec vi agentium naturalium, fieret, ut modo gentitio, & corruptio proprie dicta fit, atque in Angelicam compositis fieri non posset sed à Deo locali, qui pro suo arbitrio illos finem productos elucere, sicut seruate posset; nihil fane in eo majores simplici est, quam in seruatione, vel destructione simplicis substantiæ Angelicam, qui sunt pro Deo abstrahit; supremoquo Dominio, quamvis destructio materia prioris Angelicæ, & vniuersi, ut illa in eandem materiam induceretur, à Deo pro eius libito prouideret. Id enim non esset ex naturali exigentia causæ naturalium, nec materiz illius, quæ omnes formas Angelicas indifferenter appeteret, ac respiceret, nec formæ, vel vniuersi ipsius, quæ, entia de se permanentia extraxerunt, quæ exigunt natura flu potestate, quæ flu extraordinario potentia, & dominij Dei vi flu potestate perire: quod verum mihi est, & in Angelicæ illæ formæ, ex materia illa spirituali educeretur, licet ex materia corporea materiam formæ educeretur: non enim locum etiam, ratio proximæ data haberet; & S. Thom. oppositum censuit 1. p. quæ. 90. a. 1. ubi probat animas nostras, ex materia adhuc spirituali edibiles non esse; quia inquit, *he substantiæ spirituales innascuntur transmutantur.* Cui & Bonifacius nollet assensit proximè diffinit. 2. Notato. 2. & §. 1. verbi. *Censuit secundum.* Sed certe loquitur de materia præiæ tempore, ut ad eductionem ab agentibus naturalibus,

per successum qualitatum contrariarum alteratione fieri oportet, ut animadvertit Bubalus, primo loco, ver-
su *At dicit aliquis.*

8. Certe cum materiam primam spirituales, ex qua substantia spiritualis pure intellectiva constet, impossibilem absolute ostendimus ratione prima: an eiusmodi materia physice divisibilis, sit disputare otiosum, ac vitiosum esset, cum sit de non supponente subiecto, quæstio immo & primæ materiæ spiritualis possibilitate permixta operæ inutilis disputatio, nullo Theologia vel Philosophiæ esse ex visu posset; tametsi de eo multum Recentiores, & Arriaga noster citat d. 3. sect. 4. digladiantur, atque hic affirmatiue resol-
uat: cum ob infirmam negantium aliorum principia, tum ob instantias quasdam de organicis partibus ani-
malium per contrariarum qualitatum dispositionem diversam petitas, quæ in partibus materiæ spiritualis formæ angelicæ, locum habere non possunt nisi An-
gelos corruptibiles contra dogma Theologicum ad-
mittat, & si dispositio illa contrariarum qualitatum spiritualium, & quantum, ne cogitandum quidem principium habemus, dispositio admittatur. Si enim homogeneæ, & substantialiter, & accidentaliter partes illæ omnes, tam materiæ, quam formæ, quam com-
positæ integraliter illius substantiæ puræ intellectivæ, siue Angelis sint, earum quævis, & actiua, & recep-
tiua intellectus indiuisibilis erit: quare alteram altera indigere ad illam vltimo modo exercendam, & alterius confortium natura exigere sua illud admittit, quare cum illo integraliter componere, repugnat. Hæc de otiosa, & inutili prorsus, quæstione satis, cuius negotiæ resolutionis, & fundamento, ita propolito, nihil Arriaga, instantiæ, & argutiæ efficiunt, quas obinde, & præ tædio, referre, & refellere omitimus. Concludimusque, ex dictis omnimodam Angelorum omnium physicam tam essentialiam, quam integram substantialem simplicitatem.

CERTAMEN IV.

Obiectionibus occurrunt.

1. Contra primam conclusionem de impossibilitate Angelorum ex materia noster ad spiritua-
litem, & corporeitatem indifferentem, & indeterminatam de se à nobis datam, cert. 2. num. 1. opponitur Augu-
stinus apud Aureol. 13. Confess. c. 8. ad id, in principio crea-
uit Deus calum & terram referens inter quinque expo-
sitiones, quas veras vocat, eamque terræ nomine ma-
teriam, ex qua omnis visibilis, & inuisibilis creatum fieret intelligi: ac proinde materiam corporeis, &
Angelis censet communem, & lib. de mirabilib. sa-
cræ scripturæ, ait, Ex informi materia, quam ipse
Deus prius ex nihilo condidit cunctarum visibilibus, &
inuisibilibus verum, hoc est sensibilem, & insensibilem,
intellectualem, & in intellectuarentium, species
multiformes diuisit. Hæc conclusio præfata in pri-
mis aduertitur, si Augustini sint: verum locus pri-
mus, ex lib. citat. confessionum relatus nullatenus
extat, ut Bubalus obseruat difficult. vltima §. 3.
versu, ad 2. Aureol. non ibi solum, sed nullibi ope-
rum Augustini, eam sententiam inueniens, cum
eam sedulo inquireret locus, ex capite 1. de mira-
bilibus sacre scripturæ t. 3. operum Augustini extat
quidem, sed liber ille Augustini, non est, ut
obseruauit iam pridem S. Thom. 3. p. q. 45. articu-
lo 1. ad 2. atque in lib. 2. capite 4. ubi de cyclis agit,
constat eius auctorem post annum Dom. sexcentissi-
mum Vixisse; vita scilicet, iam sancto Augustino
pluraque mirabilia, quam probabilia asseruisse, ut
Bubalus aduertit: quare expositionibus Angelici Do-
ctoris & Capreoliad 1. locum opus non est, cum ex-
ter certe 12. confess. cap. 7. per cælum naturam An-
gelicam interpretatur (ut tropice potest) non histo-
rialiter, ut à Mose refertur: ibi autem nusquam asse-
rit cælum sic intellecto, materiam cum terra, seu corpori-

bus cunctis terrestribus communem esse, sed solum
terræ nomine materiam informem intelligit, ex qua
Corpora omnia fierent, non Angeli, qui creatorum
in principio pars altera, & scorsim creata: & primo
de genesi contra manichæos. c. 7. ait informem illam
materiam quam de nihilo Deus fecit, cælum corporeum
& terram esse ibi appellatam, non quia esset iam sed quia
esse vtrumque poterat; fors igitur Aureolus aliquid, ex
prima interpretatione cæli pro Angelis & secunda cæli
corporei, & terræ, pro materia informi, potenteque
esse vtrumque assumens, & assuens sententiam ab Au-
gustino alienissimam, tanquam Augustinianam compe-
git, interim nil, hic de materia informi initio à Deo
creata iuxta Augustini interpretationes hæc dicendum
est; quauis informitas illa materiæ, non formæ sub-
stantialis proprie ab Augustino intellecta sed aliarum
formarum, & rerum, quæ ex ipsa ornaretur, florum,
turbarum, fructuum, & animalium, & quibus luce ac-
cedente visibilis redderetur & spectabilis, ut statim di-
citur. Terra enim erat inanis, & vacua, & versibus
reliquis explicatur. Nec magis extat sententia hæc apud
Augustinum. 12. confess. c. 18. & 20. ex quibus refertur à
Quirto. cum. cap. 18. de re hac, quod, vel assonet,
nihil: cap. vero. 20. refert sententias omnes, seu inter-
pretationes, quas non improbat solum.

Inter eas primo loco illam de cælo pro Angelis in-
tellecto: deinceps vero varias, cæli, & terræ corpo-
reorum interpretationes recenset. Nam secundo loco
refert asserentes cæli, & terræ nomine mundum totum
Corporeum suis omnibus speciebus, tam cælestibus,
quam sublanaribus constitutum, & ornatum intelligi:
tertio loco intelligentes. Informem materiam Crea-
turæ spiritualis & corporalis, Vnde ab aduersariis as-
serti potest, sed eis non prodest in primis enim non
ait variusque creaturæ esse materiam eandem, ut ad-
uersarij docent. Secundo cum interpretationis illius
cæli pro Angelis, & spiritualibus substantijs, ut di-
uerse primo loco relata, in hac alia non meminerit,
spiritualem creaturam hominem, qui spiritualis,
ex parte, ac non in totum corporeus est, sicut cor-
poræ reliqua, intelligit, non Angelum, & ex quarta
aliorum illico relata interpretatione: id est infor-
mem materiam creaturæ corporalis, ubi consuevit
adhuc erat calum, & terra, qua nunc iam distin-
cta, atque formata, in illius mundi mole sentimus,
& quinta, & postrema, id est fecit Deus calum, &
terram, unde formata nunc eminent & apparent cum
omnibus, qua in eis sunt. Quibus informis illa
materia corporum, pure talium, cælestium, &
sublanarum, & respectu suarum specialium for-
marum dicitur. Tertio, materiæ informis nomine
non intelligere, Augustinum materiam constare ex,
c. proxime antecedente. 19. ubi ait & verum est,
quod emme mutabile insinuat, notitia nostra quan-
dam informitatem, qua formam capie, & qua
mutatur, & vertitur. Versio autem idem, quod
conuersio ex vno in aliud est, quod materiæ pu-
ræ non competit, sed informata, seu com-
posito, quod conuertitur in aliud nouæ formæ in-
ductione. Ac versus finem. Verum est omnium for-
matorum, nihil esse informi vicinior quam terram,
& Abissum. Eoque sensu materiam informem cæli,
& terræ nomine significant iuxta aliquos intelligen-
dus est dixisse, ex quibus omnia corpora tam cæ-
lestia, quam sublanaria, non tanquam ex mate-
ria informi, sed tanquam ex elementis mixta per-
fectionibus formis succedentibus Coagmentarentur,
Ac demum his, & sequentibus capitibus, non
ex propria sententia, sed aliorum, veras eas omnes
interpretationes ait, ac proinde eas solas non impro-
bat, quin approbet, ut dixi.

3. A ratione nihil assertit Quirto pro aduersa sen-
tentia firmam, & si plurima moueat, & ad tædium incu-
let. cit. d. 77. sect. 2. & 3. Primum possibilitatem materiæ
nostræ de se indifferentis ad corporeitatem, & spiritua-
litem, pro formarum diuersitate supponit: Vt de
materiæ eadem indifferenti, ad corruptibilitatem in sub-
lanaribus, & incorruptibilitatem in cælestibus pro for-
marum diuersitate asseritur: inde vero male infert dari
de facto: nam et si, eo admissio Angelos absolute corpo-

reus ex eavē materia constans non esset: nam possent ex alia materia spirituali determinata. Angeli qui sunt constare, v. de pluribus possibilibus ipse admittit. Sicut ergo ex hac possibilitate spirituali determinate materie ex ipsa de facto non inferitur, ita neque ex possibilitate materie indifferentis illa constare de facto Angelos inferretur; item: cum Angeli substantialiter ex materia, & forma, quavis incompōiti ac simpliciter proinde substantiæ non repugnent, videntur de facto, qui sunt, non ex ipsi, sed ex compositis alijs esse probatis: an, quia cum incorruptibilitate corporum, & corruptibilitate corporum, substantialium fiat de facto materia nostratis identitas in vtriusque? ita inquit; sed male etenim corruptibilitas, aut incorruptibilitas corporum ex dependentia, vel independentia formarum, quibus constituuntur, à dispositione contrariarum qualitaturn, vel educantur, inducanturque in materiam omnino desumitur: quare ex formarum natura potest euenire à fast quantitati, extensionis, & impenetrabilitatis partium exigentia, ex natura materie provenit nostratis, vel citat, certamen 2. ostendimus imo, non posse, nisi ex materie natura provenire. Secundo eandem corruptibilitatem corporum materiam esse, non inde solum probatur, quod, aliqua materia vtriusque communis esse possit, sed alijs fundamentis, quibus illam materiam possibilem, hanc esse quæ de facto est, suadet: quæ sane, nec omnino, similia adfunt, vel illam ipsam materiam indeterminatam de se ad quantitatem, extensionem localem, & impenetrabilitatem partium (quam possibilem nunc permitimus) esse hanc ipsam nostratam, neque de facto est; vero similiter vicemque probent: neque item, quod probent ea ipsa Angelos, qui de facto sunt (& si materia aliqua, & indifferente, quam dicis, constantes Angelos possibiles admittamus) constare; vnicui enim illa de Angelorum graue, vel sua violentia & cruciati-bus persequere, quæ calor, & visionis demonum disiecta partim sunt quæst. 1. certam, vel. arque de cademonitum cruciati-bus agentes omnino explodemus. & vero materia indifferente de se possibili admissa Angelos, qui de facto sunt, non constare de facto, probat Patrum, & scholasticorum de ipsorum simplicitate, opposita communis sententia. Item materiam nostratam indifferentem non esse; sed determinatè corpoream, ac de se se determinatam, ad quantitatem localem partium extensionem, & impenetrabilitatem, ea omnia probant que in certam. 2. pro conclusionem prima proximus: quare, & ex dogmatica Angelorum, qui sunt absoluta spiritualitate, & incorporeitate materia nostra illis non constare cunctitur.

4 Hæc omnia illationis ab hoc Recentiore duæ
viriū multiplici ex capite demonstrant jam anteceden-
tibus ex quo inferantur, falsitas detegenda est. Erat
autem antecedens de possibilitate absoluta materiæ de
se indifferens ad formam spirituale, & corpoream,
quarum prima spiritualizetur, secunda vero cor-
porizetur. Huius autem materiæ absoluta possibilitas
esse, intelligere potest, respectu aliquorum formarum
spiritualium possibilium: Et sic, si respectu aliquorum
saltem possibilis sit, eiusmodi materiæ absolute pos-
sibilis, ac non repugnans erit, sed inde possibilis, ac
non repugnans respectu omnium formarum spiri-
tualium reliquarum materiæ, vt spirituale eorum sub-
stantialiter physice, & essentialiter cum reliquis
constituit, minime probatur. Potest enim inesse
reliquis formis specialis repugnantiæ, vt cum eiu-
smodi materiæ totum substantiale spirituale physice essen-
tialiter componat, ex prædicato aliquo intrinseco,
quo natura sua materiæ determinat spirituale,
vel determinate corpoream requirit. Patet in anima
rationali, quæ forma spiritualis est, & ex communi
omnium sententiæ, quia, non intellectiōis solum,
sed materialium etiam, & corporearum sententiā
Principium substantiale actiue est materiæ determi-
nate corpoream, & organizatam pro priorā sui crea-
tione, & immersionem, in ipsam, vt requirit: sum,
vt organis corporeis, in materiā dispositis, ad sen-
sationes edendas actiue inuenit: sum, vt ex ipsa
educantur, & recipiantur in ipsa, vt cunctis Philosophis

& Theologus est notum. Secundo potest materia hanc indifferentem possibilis esse, concipere respectu omnium formarum, tam spiritualium, quam corporearum, ad totum substantialem alterius generis physice essentialiter componendum: & ex hac, quidem possibilitate euidenter probatur totius substantialis respectu viriuelque generis formæ respondentis possibilitatem. Denique aduertendum est: materia indifferentem respectu omnium etiam formarum spiritualium possibilitate probata: de hoc vel illo principio ad hoc substantiali spirituali probandum restare formam physice essentialiter esse vt respectu illius materiam illam possibilem, materiam esse vt cum illa totum substantialem physice essentialiter constituit: & enim forma, non sit, nec materiam illam, vt comparet respectu, neque vt comparet ab illa respecti poterit. Hæc præmissum, vt quam infirme & inutiliter, ad præsentem materiam huius de hæ indifferentis possibilitate, absoluta pro antecedente argumenti assumeret, appareat, & eius multiplex solutio nostra doceat.

Probat eius materie indifferenti absolute
possibilitatem quia non repugnat absolute et il-
lo predicatum materie indifferentis de de spirituali-
tatem, & corporeitatem per formam spiritum vel cor-
poralem, ad alterum determinanda: ergo esse abso-
lute possibile. Probat secundo, vel potius probat anteceden-
tes, ex essentia, & definitione materie prime ab-
strolta & communis. Primum (substantia) quia aliq-
uid sit eo pacto ut non per accidens sit, id est inq-
ui, compar. substantialis, in qua compar. alia recipit. Cul
non contradicit materiam non esse de corporalem,
seu determinatam ad quantitatem, omniforem localem,
& impenetrabilitatem, vel ad oppositam. Con-
firmat secundo materie indifferentem prout est
Aristotel. 7. metaph. c. 3. feribente. *Dico autem in materia,*
quia per se ipsam neque quid, neque quantum,
neque aliquid aliud quidpiam dicitur, quia non
determinatur. Etsic proinde debet sua potentia
omnem actum excludens; cum tamen corporeitas, vel
determinatio ad quantitatem & ad aliquid speciem
que etis constituitur, a quae ab alijs diuisio vel quod
actus, non autem potentia proprium est, ex com-
muni prologo, seu dignitate metaphysica, *alijs qui*
diffingit, & dat speciem determinatam veretur tunc
aduenirent. Recedendo hunc postulat huius ratio-
ni vult, intellectus indebitus de causa antecessit illam con-
firmatione, plus probare, quam veli, ac expellit tunc
nullam materiam de de determinate corporeitas, vel
determinatam spirituale esse posse: liquet denomi-
natio ad alterum materiam actus est datus speciem, con-
ceptui, pure potentia essentiali materiam, contradicere
& exclusus: ergo repugnat materie omni potius
intrinseca, & de se de determinatio ad quantitatem & im-
penetrabilitatem, vel etiam determinatio ad oppositam
quod ipsum est materiam de de huiusmodi, vel de
ritualiter repugnare, cum solum veli de de
argumento materie de de ad utramque indifferentem
esse possibile, determinatam de omnia quod de re
possibilitate fupposita & alicuius materiam quod de re
ipsa habetis disputantur & quidem actus, quod sua
potentia materie excludit, sunt idus formam & es-
sentiali completi ex materia ipsa, & formis cum ipsa
completum, siue substantiali, siue accidentali, & phy-
sicis partibus constantis, & ad idem locum predi-
camentale (que entium completum expellere de
directe spectantis, ut dicitur Aristotelis ex hoc
eque entia solus actus, seu forma, non autem materia
determinata physice constituitur, ac diffingit, a quae
eius imitationem diffingit gradus qui generalis
physicam scilicet materiam) contrahit metaphysice
in suas species costringit, determinat, ac diffingit
At vero omnia quod, cum logicum, quibus ma-
teria ad suam speciem partis, ac subinde indistincte
ad lineam predicamentalem spectantis, cum etiam
speciem existentia sua, a quae ad omnia predicamen-
tum, quibus essentialiter metaphysice costringitur, non
sunt, quibus scilicet excludere, ac non in ipsa inclu-
dere poterit, quod aptissime repugnat: a quod in
physice, ac metaphysice in specie sua a tota ad quae
constitutum, ad abstractum a predicato corporeitatis, &
solus

positæ spiritualitatis, in linea sua directa, vel indirecta prædicamentali esse potest, & si possit dari aliquod prædicatum genericum metaphysice abstrahens, ab utroque ergo prædicatum corporeitatis, vel spiritualitatis de essentia materie est, quia ea physice indifferens & abstrahens ab utroque esse possit, putare potentia physica ad utrumvis.

6. Antecedens probatur: nam prædicata corporeitatis & spiritualitatis, alterum alteri contradicit, ac proinde nequit dari in eute aliquod determinatio in se, siue partiali siue totali in sua determinata specie constituto ad æquale physica ab utroque abstractio & indeterminatio, imò nec metaphysica. Confirmatur quia inde solum in speciebus entium totalium recte linea prædicamentalis, nequit dari species entis adæquate, & ultimo constituta indeterminata, ac indifferens de se physice, aut metaphysice ad corporeitatem, vel spiritualitatem, sed alteri necessario includens. Vnde patet solutio ad instantiam multoties ab hoc recentiore inculcatam & repetitam de indifferencia materie physica etiam ad corruptibilem formam in sublimitatibus & incorruptibilem in coelis: corruptibilitas enim forme, seu compositi ex ipsa resultantis, vel opposita incorruptibilitas à formis hanc, vel illam qualitatem dispositionem ad sui reductionem, vel inductionem in materiam natura sua exigentibus prouenit. Cum autem nullam determinatam, ex eis formis, vel dispositionibus materia requirit, imò vero indifferenter, quantum ex parte sua est, omnes respiciat potest ad corruptibiles vel incorruptibiles indifferens & indeterminata de se, & natura sua physice esse ac subinde ad ipsam, & compositum suorum corruptibilitatem, vel incorruptibilitatem: imò de se ad alterum, ex his determinatam esse eius essentia physice ac metaphysice repugnat secus autem ad corporeitatem, vel spiritualitatem determinatio, quæ physice forme, ad quas ipsa indifferens, & pura potentia solum modo est minime sunt, sed intrinseca entis cuiusque, seu completi, siue incompleti, in sua atomi specie constituti, & essentialia prædicata. Accedunt contra huius materie indifferens, & ad corporeitatem, vel ad incorporeitatem à formis determinanda possibilitatem, ea omnia, quæ diximus cert. 2. ostendentes corporeitatem materiam debere ex parte actus primi ad sui coniunctionem à formis corporeis supponi: quod ipsum de formis spiritualibus simili discursu euincitur, si spiritualis determinata materia respectu forme & compositi substantialis admittatur, possibilis. Denique inde omnes doctores formarum substantialium, vel accidentium corporeitatem vel spiritualitatem venati habentur sunt, ac definiunt, si subiectum seu materiam receptionis, & eductionis earum corpoream, vel contra spirituales inueniant: tantum abest, ut materia, & subiectum à formis corporeitatem vel contra spiritualitatem in sensu sapientium omnium communi trahere possit. Ac hoc ipsum rationis & nature instinctu, quam longa ratiocinatione inditum cunctis principium, quod spiritualis forma spirituale eductionis, & receptionis subiectum, corporalis vero corporeum natura exigit sua in tam singularem, & exoticam opinionem recentiore istum egerit, ne corporei cruciatus demonum subiectum spirituale designaretur: tamen ex communi & statuto, atque à natura fere ipsa inditum principio teneri potius deberet ne in tam absonam exoticamque sententiam abiret.

7. Sed eius materie possibilitate absoluta admitta, non statim indifferens eius materie ad omnes formas cum spirituales, tum corporeas esse oportebit, si aliquæ sint, quæ natura sua materiam vel determinate corpoream, ut animus rationalis noster omnium sententia, vel determinate spirituale natura sua, requirit siquidem (ut dixi) ex eo quod ad aliquas solum formas corporeas, & spirituales detur materia indifferens illis corporizanda, his vero spiritualizanda, talis materie possibilitas absolute salatur: quare non statim probatur materie huius possibilitas indifferens & indeterminatam ad corporeitatem, vel spiritualitatem à formis determinandam esse respectu substantiæ spiritualis pure intellectiue Angelicæ (quam formam esse nunc permitto, & materiam aliquam natura sua concernere) quæ materiam spiritualem determinate potius requirere quam indifferenter, deberet, iuxta intellectiōis, cuius solum principium substantiale actuum est, naturam. Denique, cum cert. 2.

& 3. ostenderimus principium substantiale pure intellectiue, nec materiam ullam, adhuc spiritualement, nedum indifferenter, natura sua, ut compatem concernere, nec formam esse posse, sed substantiam totalem essentialiter esse: & si materia hæc ea sua indifferens respectu omniū formarum spiritualium possibilis admittatur, respectu substantiæ spiritualis pure intellectiue Angelicæ possibile esse non probatur: imò vero idalem esse respectu illius repugnare demonstratur.

CERTAMEN V

Auerrois & Aureoli Argumenta reiecta.

1. **E** Postremo hoc aperta datur solutio Argumentorum pro compositione de facto, ex materia determinate spirituali Angelorum qui sunt, vel possibili saltem in Angelis aliarum specierum pure possibilibus. Siquidem commune Angelis cunctis, & essentialiter prædicatum est substantiæ spiritualis pure intellectiue cui, ut cert. 3. n. 5. vidimus formam, ac materiam etiam determinate spiritualement, ut compatem concernere repugnat, nuperque etiam dicebamus. Restant solum diluenda argumenta Aureoli, (si in Aureoli sententijs & rationibus referendis ea Capreolo plena fit adhibenda fides) apud Capreolum in 2. d. 3. q. 1. 2. 2. contra primam conclusionem: quibus necessario omnem substantiam intellectiue etiam ratione intellectiōis materia ac principio substantiæ actiue intellectiue diuerso egeret contendit: eaq. Deo forma esse reputat, ut compositionem animi rationalis nostri ex materia necessariam, ut possit intelligere conuincere censet: & euincunt quidem, si habeant in Angelis robur; sed inde posset de eorum firmitate merito ac prudenter dubitare, fallaciamque indagare, ac detegere, ne rem adeo exoticam cogere tur admittere. Multa quidem, & proluxa apud Capreolum sunt eius fundamenta ad pauciora breuiora, & clariora capita à nostro Bubalo redacta citato art. 2. quæstio. 2. difficult. vltima ante §. primum, ad duo nempe. Primum ab autoritate Aug. ex 13. confessi, cap. 8. iam à nobis supra reiecta n. 1. & 2. secundum à ratione ducta, præsertim ex varijs Aristotelis axiomatibus iuxta Auerrois ad ea loca interpretationes ex suo sensu, discursibus, & audacia in eis tendendis, & linguæ Græcæ imperitia text. 27. pag. 38. col. 1. & quam ex Aristotelis mente non semel adhibitas (ut obseruat eruditè Theophilus Zimara. 1. de Anima textu 43. pag. 51. col. 2. init. & 3. de Anima textu 20. pag. 331. col. 1. & text. 29. pag. 350. & 2. de Anima textu 13. pag. 223. col. 1.) ponitur propterea illud axioma falso tanquam Aristotelicum ab Auerro ad 3. de Anima text. 4. q. 5. intellectus recipiens denudatum debet esse natura recepti. Ac proinde in anima potentia intellectiua re, & natura à receptiua intellectiōis, & obiecto diuersa esse debet (quod Aureolus assumit, & clarius, quam eius argumento concluderetur, ut patebit) siquidem potentia ipsa intellectiua, etiam obiectum intelligendum est, nec textu 14. tabula nuda, & rasa in qua nihil depictum, dicitur eo sensu.

2. Atque eo sensu non tradi constat aperte ita enim habet textu 4. lib. 3. de anima. *Necesse est, quoniam omnia intelligit immixtum esse. sicut dicit Anaxagoras ut cognoscat; nam alienum iuxta apparet prohibet & obstruit.* Impermixtionem autem hanc cum corporeis rebus intelligi & asseri ab Aristotele constat: quia eam solum negauit Anaxagoras cui ipse consentit ut constat ex 1. de Anima textu 31. & 34. & ex textu 6. eiusdem lib. 3. ubi: *quare nec corpori ipsum permixtum, esse rationi consentaneum est qualis enim quidam fieret: nempe calidus, aut frigidus, ac propterea instrumentum ali-quod seu organum esset, ac proinde obiecta omnia, ita ut ipse esset affectus videret, Nunc autem nullum: quia omnia cognoscendum est capax; non autem omnia posset cognoscere, si corpori, ac subinde eius qualitatibus esset immixtum: quia, qualitas corporea, qua esset imbutus, reliqua cognoscei prohiberet, & obstrueret: ut linguæ ægri amarabili infectæ nihil non amarum gustu percipitur, pupilla, vase vitreum per-quæ*

quæ visus species transeunt, si colore aliquo suffusa sint, eodem colore obiecta omnia videri faciunt, ac nusquam coloris alterius. Nusquam ergo Aristoteles docet ali- quem corpore immixtum, & denudatum esse debere intellectum, vel quancumque substantiam, & facultatem intellectuum ut omnia possit cognoscere; quare ut natura spiritualis obiecti denudata sit oportere ut spiri- tualiter intelligat non Aristotelis dogma, sed indu- cta Averrois aberrantis propositio est.

Id ex eius, & Aureoli sententia, quam impugna- mus euincitur: Nam & materia ipsa quam animo spi- rituali, seu substantiæ intellectus adiungi volunt, spiritualis natura sua est, & obiectum etiam intelli- gibile, non minus quam intellectiva activa substantia: cum autem materia illa spiritualis subiectum, cum fa- cultatis eius, tum specierum intelligibilium obiecto- rum, tum intellectus ipsius horum sententia foiet, ac subinde magis quam activa intellectus substantia organo corporeo potentiarum sensibilibus assimilaretur, magis multo ad obiecta reliqua percipienda impedi- ret, & obstrueret iuxta Aristotelis doctrinam, si natura ipsa obiecti intelligibilis spiritualis immixtum, & denuda- tum intellectum esse oporteret, quam ipsa intellectu- rum facultas eiusmodi natura non denudata: unde constat illud Aristotelis ibidem *et similiter se habere sicut sen- sitivum, ad sensibilia, sic intellectum ad intelligibilia* non quoad denudationem intellectus à natura omnis intelligibilis, sicut sensitivum à natura omnis sensi- bilis dictum esse: maxime cum text. 15. dicat *et ipse etiam intellectus intelligibilis est sicut ipsa intelli- gibilia*: nec se ipso denudandum, ut possit intelligere, alicui, nisi stupidissimo, qui aperta contradictione non tangatur, venire in mentem possit, similitudo ergo ibi ab Aristotele notata inter intellectum, ad intelli- gibilia, & sensum ad sensibilia, in eo non est; sed in eo, ut utraque facultas potentia solum sua obiecta sit, quia ea percipiendi continet in se potestatem, atque ea fieri representatione potest, ut jam ex Aristotele ipso de intellectu explicamus, ut argumenti (ut effor- matum ab Aureolo refertur) equivoocationem, & infir- mitatem monstramus.

4. Igitur ex impermitione præfata Aristotelis omnia posse intellectum percipere, ac intelligere citra impedimentum omne asseruit indeque esse *possibilem*, id est potentem omnia fieri subiective, quia omnium potentia recipere potest (ad modum, quo de materia prima dicitur 1. physicor. text. 60. 62 64.) posse re- cipere docet textus 8. & 14. etenim inquit, *intellectus potentia intelligibilia*. Vnde infert Aureolus; ergo ni- hil acti potest esse intellectus; sed intellectus actu per nos est; ergo per nos erit actu intelligibile con- tra Aristotelis axioma: nihil enim, quod in pura po- tentia & possibilitate ad aliquid est, potest actu hoc aliquid esse ut patet in materia prima, & quovis pure possibili, qua talibus, & secundum se sumptis; at- qui intellectus pura potentia, seu impura potentia, est, ad intelligibilia omnia; ergo secundum se sum- ptus omnia actu intelligibilia excludit: ac subinde, omnem suam actualitatem: si quidem quævis eius ac- tualitas actu intelligibilis est. Totum hoc argumentum equivoocatione, & prave intelligentiæ textus Aristote- lis à commentatore Averrois (à quo fuit Aureolus de- ceptus) sicut & argumentum prius innuitur: ac pro- inde Aureolus, & sibi contradicit. Nam intellectum recipiens subiectum formarum intelligibilium, ac pro- inde actualitatem, in se habere, & actu in se esse fate- tur; cum nihil recipiens, receptivum absolute alterius sit quin in se sit actu, & si id, cuius receptivum abso- lute sit, esse actu nequeat: atqui per te actualitas om- nis & actu, & in se intelligibilis; ergo repugnat intel- lectui, qui pura potentia est ad omnia, & singula intel- ligibilia actualitas essendi in se, ut recipiat, qua parte actu intelligibilis est secundo. Argumentum hoc non probat, quod eo intendis: nempe intellectum, siue in- tellectum substantiam materia vlla, ac forma sub- stantiali constare, sed esse purum nihil omnis actua- litatis excludendum: tertio non materiam reipsa intel- lectui superadditam (ut hæc cessarent) probas, sed ipsum intellectum materiam, & puram potentiam ad


formas intelligibiles recipiendas. Quarta quoque cum per- tes formalem actum, & materiam multiplicatam actualitates, & obiecta intelligibilia in ipso actu multiplicat, & pluries tibi contradicit, ut patet.

5. Totum ergo argumentum hoc (ut & præce- dens, cuius hoc confirmatio est) finitè textum Aristotelis intelligentiæ, & æquivoocationi inni- tur, quod quidem Averrois, vel Aureoli, vel solo textu decimo quinto quem recitamus co- mero tertio posset innoscere: cum dicat Aristote- les ibidem. *Ipsa etiam intellectus intelligibilia est, sicut ipsa intelligibilia*. Ex quo constat ipsum, non dixisse intellectum esse in pura potentia ad omnia in- telligibilia, siue possibilem solum fieri intelligibilia omnia, excludendo actualitatem essendi actu re- tatiuo aliquid ex ipsis physicum, cum ibi ip- so, quod intelligibile actu est, & ab ipso assensu, non ignoraverit identificari actu, ac subinde suæ actuali intelligibilitati; quare, & illud ipsum actu in- telligibile physice esse; quod si de pura potentia, seu possibilitate pura essendi in ordine physico intelli- gibilia omnia axioma illud Aristoteles posuisset, non longe eadem axioma textu decimo quinto rectius contradiceret; Ergo axioma illud, non de pura po- tentia intellectus ad omnia intelligibilia, eorumque formas, seu pura possibilitate eius secundum se tan- pti præcise, ut intelligibilia fieret in ordine physico essendi, sed in ordine essendi intentionali, & re- presentationi, per receptionem formarum, cum in- pressarum, quibus in actu primo potius ad ob- iectorum cognitionem adequatè, & vltimo consti- tuitur: tum specierum expressarum, & formalium re- presentationum, seu intellectuum, quibus forma- liter, & expresse obiecta intelligibilia præcipi, ac recipiunt representatione atque hi intelligibilia recep- tiue, per eorum formas & imagines intentionales, quæ percipiunt. Hoc ipsum expresse Aristoteles textus 8. & 14. ubi illud axioma tradit. *Quantum, inquit, po- tentia quoadmodum est intelligibilia intellectus, quoad- modum, non physico ordine essendi illa, qui motus es- sendi absolute talis est* (sed actu nullum autem in- telligat & 8. dixerat cum autem singula subiecti, ut sciens dicitur. Id est non aliter lingua actu de- si quatenus, sicut ac representat actu, illa de pura po- tentia. 6. laudat eos qui dixerunt animam esse bonum per- matum. Id est specierum, & imaginum rerum; in- metis dictum statim sui limitet, ac explicet: *Id quod non tota* (scilicet omnis vel aliqua eorum lo- cundum omnes gradus) *sed potentia forma*. Ac tandem textu 10. formas intelligibilium ad quas, & intelligibilia pura potentia receptiva, & non esse formas & intelligi- biles per ipsas physice constituta, seu physico ordine receptionis, & effectus acceptæ, sed ordine intentionali iterum explicat dicens *lapis non est in ani- ma, sed lapidis formam*. Hoc est speciem, & ima- ginem intentionalem seu lapidis representationem.

6. Solutionem hanc ab ipso toties expressam, immo quem solum verum capere axioma illud potest, acerrime ferunt Averroes, & Aureolus: ille enim ait. *Si Aristoteles sic intelligere mundum diceret, cum dicit si intellectus esset aliqua natura in actu impediret cum ne posset indicare et aliquid actu- vero sic impugnat: si intellectus esset aliquid actu- veritatis non posset recipere imaginem sui; quia rei- peret se in suo simili, & sibi ipsi assimilaretur: quod repugnat, & confirmat: quia sicut albedo sequi se repugnat, & confirmat: quia sicut albedo sequi se repugnat, ita nec speciem albedinis. Prius quantum ab- surdo, & repugnantia distet, immo vero quam vlti- le ac necessario ab omnibus admittendum sit, forma- seu similitudines, & imagines intentionales ab obiectis recipi ipsis atque se ipsa, in eis imaginibus, similitudi- nibus, & speciebus intentionibus intentionum no- recipere, quicquid experitur, cum ad speciem no- cedit, atque ex eo repercussus species impressa ei- oculi recipiunt quibus medijs expressas sui speciei & similitudines recipiunt intentionales, ac ipsas vident: confirmatio ex impossibilitate recipiendi*

recipiendi se in se ipsa, ac proinde, neque sui ad seipsam similitudinem; vel seipsam, in sui ad seipsam, similitudine fruola omnino ad rem præsentem est: Non quidem, quia albedo subiectum accidentium non est, ut Bubalus respondet, ac contendit, ubi proximè, §. 3; nam quicquid de aliis accidentibus sit, similitudinis suæ ad aliam albedinem in sententia distinguente physice relationem à fundamento, & termino procul dubio recipiet, est igitur prorsus fruola confirmatio. Quia relatio, & similitudo albedinis physica solum esse potest, quæ eiusdem ad seipsam esse nequit, atque in terminis repugnat, non autem intentionalis, ac representationis solum: cum albedo potentia cognoscitiva non sit, quæ sola, intentionalem representationem, & cognitionem obiecti elicere potest, ac recipere. Similitudo autem intentionalis, & representationis solum maxime intellectualis eiusdem ad seipsam esse optime potest. Cum intellectus possit seipsam omnium sententia intelligere, sitque proinde, respectu etiam sui, & potentia, intellectiva, & obiectum intelligibile.

7. Auerrois, Aristotelem arguens de mendacio argumentum de actualitate omni, cum essendi, tum intelligibilitatis, ridiculum est; & si vim habeat de actualitate intellectiois: quæ, si intellectui natura, & essentia sua respectu sui, vel cuiusvis alterius obiecti adesset, nec in pura potentia, ad omnia intelligibilia esset, cum, respectu obiecti, foret, illius, cuius actualis intellectio natura sua esset: ac proinde, neque esset, ut tabula nuda, & rasa, in qua nihil est depictum (ut de intellectu Aristotelico proloquio circumferatur) cum obiectum illud cuius actualis cognitio intellectus esset, depictum per ipsam formaliter expresse procul dubio foret: & insuper, nec magis alio obiecta intelligere, & de ipsis iudicare posset, quam vnus cognitio, & iudicium, cognitio esse, & iudicium alterius: siquidem idem ipsum intellectus haberet, si natura, & essentia sua actualis cognitio alicuius obiecti foret. Alias vero actualitates, cum essendi in se, tum obiective intelligibilitatis, non nisi per summum mendacium ignorantiam, repugnantiam, & amentiam, negare quis poterit.



QVÆSTIO III.

De Angelorum incorruptibilitate.

Ts 1 Angelorum incorruptibilitas, seu immortalitas essentia Angelorum, non sit, sed eam sequens passio metaphysica, ac proinde essentia Angelorum hæcenus examinata disputationi eorum in suas species &c. diuisionis examen immediate videatur successurum: tamen, quia passio hæc ex generico solum Angelorum prædicato pendet, non autem ex differentialibus specierum quarumque angelicarum prædicatis: & quia specificæ diuisionis eorum examen ipsorum in suas Hierarchias, & choros distributioni inferuit (cuius proinde disputationi illi debet immediate succedere) hanc de Angelorum immortalitate, & incorruptibilitate quætionem post essentia, & simplicitatis ipsorum essentia, à quibus solum eius decisio pendet, proximè subiicimus, ne longius à principiis decidendi collocauerit.

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tom. II.

CERTAMEN I.

Difficultatum sub quæstionis titulo contentarum distinctio ad directam earum, & expeditam decisionem præmissa.

1. **C**um incorruptibilitas, & immortalitas mortalitati, & corruptibilitati opposita sint, sit ut eodem modis illæ, quot mortalitas, & corruptibilitas dicantur. Secundo cum de creatorum mortalitate, & corruptibilitate, vel de oppositis eorum incorruptibilitate, & immortalitate agitur, agens extrinsecum aliquod, à quo vel destrui semel producta, vel seruari diutius possunt, necessario concernitur, cum enim creata omnia, neque à se sint (vel Deus est, ac subinde essentia sua existit, neque à se non sint, uti impossibilia, & chimæ, quæ proinde seipsis absolute, non sunt, vel sunt à rebus remotæ) extrinsecum aliquid esse necessario debet, à quo sint, quandocumque fuerint: cum ipsorum essentia se ipsa, nec absolute sit, (ut Dei essentia se ipsa absolute est nec à suo esse, & existentia absoluta præcindit) neque seipsa absolute non sit, atque à rebus absolute sit remota, ut sunt essentia, & prædicatis suis à rebus remotæ, chimæ, & impossibilia. Idcirco tom. 1. de Deo vno controuerfia 1. disputation. 2. quæstion. 2. & controu. 3. conceptum possibilitatis præcisiue rerum dixi solis creatoris competere, mediumque esse, & enti necessario Deo, & non enti necessario chimæ, & impossibili (quali contrariè oppositis) immediate contradicere, ac falsus controuersie vltimæ, de prædicamentis ostendi.

2. Cum autem causa, à quibus creaturæ persistencia perduratio, & conseruatio ac subinde ei opposita destructio pendere potest quæ sint: alia causa prima quæ Deus est, & à qua, in fieri, & conseruari creaturæ omnes essentia sua pendet, quæ entia, ab alio, ut diximus sunt; alia vero causa secunda, quæ respectu creaturarum diuersarum, non eadem semper est, sed quandoque (ut in actionibus omnibus, actibusque vitalibus essentia ipsorum) diuersa: sit etiam, ut tam mortalitas, & corruptibilitas, quam immortalitas, & incorruptibilitas creaturæ Deum causam primam, à quo semel producta conseruetur deinceps ac perennet, vel destruat, ac pereat essentialiter concernat: causam vero, vel causas secundas ea solum creata ad sui vel conseruationem, & immortalitatem, vel destructionem, & mortalitatem, quæ vel ab illis earum abcessu necessario, vel saltem naturaliter, pendet, ut conseruentur. Quia vero causarum secundarum actiuitas, & exigentia ad operandum à Deo causa prima, & vniuersali, non solum in esse, sed in operari etiam dependet, creata omnia, quæ à causis secundis dependent, in fieri, & conseruari, à Deo etiam dependere, eo ipso dupliciter possunt: nempe, vel secundarum causarum exigentiæ, & actiuitati annuente, vel præter, aut contra ipsarum exigentiam, & actiuitatem, operante, vel non operante, pro suo libito; ut potest, quod ipsum etiam euenit respectu rerum natura sua permanentium (cuiusmodi omnia præter motum localem, & tempus, quæ natura sua sunt successiua) censentur ea quippe omnia à prima sui productione ius naturale, & exigentiam habent, ut persistant, & conseruentur; licet eorum pleraque agentium aduerfationum actiuitate, & exigentia inducendi contraria possint superari. Quæ autem permanentia contrariis vacant, ut substantiæ simplices

g omnes